Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-636805-p0001-9

SERIES ALPHABETICA HUJUS VOLUMINIS.


A. — pag.

De Actionum cessione. . 952.
in successores universales. 972.
necessaria. - - 986.
Alienatione. - - 686.
A. R. D. et L. G. - - 123.
Assecuratione - - - 668. b.

C.

De Cambijs. - - 674.
Codicillis. - - 392.
Collatione - - 271
Comodato. - - 538.
Conductione. - - 612.
Conditionibus - - 344.
Connubiorum jure. 69. 75.
Constitutionibus PP. - 45.
Contractibus innominatis. 650.
Cessione actionum - 952. 972. 986.
Civitatis mutuo. 500.

:D:

De Decretis. - - - 45.
Delegatione - - 910.
Deposito. - - 550.
Denunciatione litis. 636.
Divisionibus juris. - - 1.
Dominio. - - - 123.

E — pag.

De Errore. - 748.
Evictionibus. 626.
Excussionis Except. 924.

F.

De Fide. - - 704.

I.

De Institutione Heredum. 309.
Inventario. - 412.
Integri restitutione. 808.
juris divisionibus. - 1.
jure connubiorum. 75.
repraesentationis. 428.
retentionis. 884.
innominatis contractibus. 650.

L.

De Legitimatione. - 83.
Legitima. - - 237.
Locatione. - - 612.
Legibus. - - 17.
Litis denunciatione. 636.

M.

De Materna tutela. - 98.
Metus restitutione - 832.
Monopolijs - - 592.
Mutuo civitatis. - 500.
Novatione - - 896.
Optione. - - 381.

6

.83.

Jova, juva!

*DISPUTATIO PUBLICA*

De

# LEGITIMATIONE,

*Quam*

Conſenſu & Autoritate

*Magnifici Domini Ordinarii & Ampliſsimi JCtorum Ordinis in celeberrima Academiâ Lipſienſi*

SUB PRÆSIDE

VIRO

*Magnifico, Ampliſsimo, Conſultiſsimo ac Prudentiſsimo*

Dn. JOHANNE PHILIPPI J. U. D.

Comite Palat. Cæſ. Facultatis Juridicæ & Curiæ Provincialis Elect. Saxon. in Marggraviatu Inferioris Luſatiæ Adſeſſore, Civitatis Lipſienſis Pro-cos. Curiæ Supremæ Provincialis, ut & Eccleſiaſtici Conſiſtorii Advocato Ordinario, Collegii B. Virginis Præpoſitô & Nat. Polon. Seniore.

*Dominô Patronô ac Promotore ſuo delecto dilecto*

Ad Diem 21. Decembr.

In Auditoriô JCtorum Petrinô

*Horis conſuetis*

Publico examini ſubjiciet

*JOHANNES* Schade *Martisb.*

*Autor & Reſpondens.*

*LIPSIÆ,*

---

Literis RITZSCHIANIS.

[1650].

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-636805-p0003-0

*Jova, juva!*

## POSITIO I.

ROmanorum jura ad evitanda majora adulterii & conſtuprationum mala, ſub qvadam diſſimulatione, cùm hominum neqvitiæ non omni ex parte ſiſti posſint, permiſiſſe civi Romano, habere loco uxoris concubinam, id eſt, fœminam non amoris & pudoris causâ, qvem in finem ducuntur uxores *Nov. 89. c. 1. §. 1.* ſed ſolius concubitûs & replendæ voluptatis causâ *l. 4. ff. de concubin. & l. unic. C. eod.* in confeſſo eſt.

II. Ita enim dicimus concubinam de jure Romano eam mulierem, cum qvâ matrimonium interdictum non eſt, qvam ſolutus ita aſſumit, qvod illam unicam & ſolam concubitûs non matrimonii causâ velit penes ſe habere *d. l. unic. C. de concub. §. fin. inſt. de Nupt.* Et talem ſecum habere non tantùm olim per leges, ſed & jure Novellarum licuiſſe indubium eſt *tot. tit. ff. & C. de concub. Nov. 12. cap. 4. Nov. 18. c. 5. Nov. 74. Nov. 117. cap. 2. & 3.* Et hæc jure Romano ita ſe habent.

III. Num ritè ac rectè? Jus Canonicum & cumprimis Divinum, cui meritò omnes leges humanæ cedere debent, arbitri & judices ſunto.

IV. Canones eqvidem certa exprimentes reqviſita, concubinam loco uxoris habere qvoq; permittunt. Volunt nimirum (1.) ut talis conjunctio concubinaria conſiſtat inter ſolutum & ſolutam ſive inter perſonas cœlibes. (2.) Ut illi non liberorum procreandorum, ſed pro incontinentia ſoliûs concubitûs causâ jungantur. (3.) Idq; hâc fide & conditione, ne ille cum altera nec illa cum altero eandem foveat conſvetudinem. (4.) Et ut tandem concubina non duntaxat ad tempus, ſed usq; ad mortem unius aſſumatur, veluti probatur *ex can. ſolet. 32. qvæſt. 2.* Horum unicô deficiente pro uxore concubinam habere de jure Canonico non conceditur *can. dicat aliqvis. can. concubinæ dict. cauſ. 32. qvæſt. 2. can. audite diſt. 34. can. nemo. 32. qvæſt. 4.*

At hiſce reqviſitis concurrentibus inter concubinam & matrem-familias nullam ferè, niſi ratione dignitatis exiſtere differentiam ait JCtus Ulpian. *in l. 49. §. 4. ff. de legat. 3.*

V. Rectius autem jus Divinum, eò qvòd parum vel nihil differat à ſcortatione, talem commixtionem, qvibuscunq; tandem legibus & conditionibus illa conſtringatur, ſimpliciter & in totum improbat ac damnat. Ut benè autumat *Weſenb. in parat. ff. de concub. n. 3. verſ. jure autem divino. Coſtal. ad tit. ff de concub. Herm. Lather. de cenſ. lib. 2. cap. 4. n. 34. Adam Keller. lib. 2. de offic. jurid. polit. cap. 11. pag. 136 & ſeqq.* Nullum ſiqvidem aliud vel ad prolem ſuſcipiendam medium vel ad incontinentiam & ſcortationem vitandam remedium à Deo vel inſtitutum vel permiſſum ex ſacris paginis demonſtrari poteſt, qvàm pium & honeſtum conjugium *Gen. 2. verſ. 24. Matth. 19. verſ. 6. 1. Cor. 7. verſ. 2. & 9.*

VI. Ut maximè autem jura civilia in hâc probroſâ commixtione conniverint: attamen liberos ex concubinâ ſuſceptos nec pro legitimis habebant, nec qvalibet humanitate complectebantur: Sed tanqvam alienigenum aliqvid & omnino à Republicâ alienum teſte ipſo Juſtiniano *in præfat. Nov. 89.* putabant, *Valent. Förſt. lib. 6. de ſucceſſ. cap. 8. n. 4.* Qvos nomine conveniente naturales tantum, eo qvôd ſola natura, non etiam lex eos agnoſceret, indigitabant *d. Nov. 89. cap. fin.*

VII. Cùm verò publicè interſit civitatem civibus legitimis repleri *l. 1. ff. ſolut. matr.* nec indigni ſint miſericordiâ, qvi vitio alieno laborant *l. legem 7. C. de nat. lib.* Ea propter in gratiam & favorem naturalium à lege, ut ex ipſo nomine apparet, inventa eſt legitimatio, qvæ facit, ut liberi eo tempore, qvo naſcuntur illegitimi, pôſt efficiantur legitimi & in poteſtatem patriam redigantur *d. Nov. 89. c. 11. & Nov. 74. c. 2. Bach. ad §. 14. Inſtit. de Nupt.*

VIII. Eſt itaq; legitimatio legis actio, qvâ liberi naturales conſentientes, vel ſi ejus ætatis ſint, ut conſentire neqveant, poſtea id ratum habentes, efficiuntur legitimi. Cujus definitionis ſingula membra nobis conſideranda veniunt.

IX. Dicitur legis actio, qvia ſolâ lege civili nititur: In nuptiis qvippe concurrunt natura & lex, unde liberi ex juſtis nuptiis procreati, eo ipſo momento, qvo naſcuntur, ipſo jure naturales & legitimi

ſimul

ſimul appellantur: per legitimationem verò nemo naſcitur, ſed fit legitimus *Vult. ad §. fin. inſtit. de Nupt.* Lex enim, qvæ ex juſto matrimonio natum potuit facere legitimum, potuit etiam efficere, ut naturalis certis modis ſive ſolennibus intervenientibus, de qvibus infrà commodior locus diſputandi dabitur, pro legitimo habeatur *arg. d. Nov. 74. c. 1. pr. Nov. 89. c. 1. Hartm. Piſtor. lib. 2. qvæſt. 41. Treutl. vol. 1. diſp. 2. th. 6. lit. a.*

X. Legitimationis æqvitas exinde apparet, qvod naturâ talibus nihil qvicqvam imputari poteſt, qvod turpe ſit, cùm & ipſa natura hunc defectum magnis ingenii bonis ſæpisſimè compenſet, qvorum prolixum catalogum, qvi & virtute & eruditione præ aliis conſpicui fuerint, recitat *Andr. Tiraqvell. de Nobilitat. c. 15. n. 30. & ſeqq. Palæot. tract. de Spur. c. 1. & ult.*

XI. Et eſt talis actio legitima, qvâ liberi naturales efficiuntur legitimi Naturales liberos heîc intelligimus, qvi ex concubinâ ſunt ſuſcepti, ſive ut Juſtin. loqvitur *§. 14. Inſt. de Nupt.* qvi ex eâ muliere ſunt nati, cujus matrimonium minimè interdictum fuerat, ſed ad qvam pater conſvetudinem habuerat: Sic autem dicuntur ad differentiam Inceſtuoſorum & Adulterinorum: qvanqvam enim & hi æqvè videantur eſſe liberi naturâ, atq; nati ex concubinatu: attamen jura hos neq; naturâ neq; lege naturales appellari voluerunt, utpote qvi eum patrem habent, qvem de jure habere neqveunt *l. 1. C. de nat. lib. d. Nov. 89. c. ult. Cujac. ad Nov. 18.*

XII. Additur in definitione Conſentientes legitimari: *Nov. 89. cap. 11.* Num verò liberi conſentire vel diſſentire cenſeantur? Non levis eſt qvæſtio: mihi arridet affirmativa *ex l. fin. ff de his qvi ſui vel alien. jur. ſunt & §. generaliter auth. Qvib. mod. nat. effic. ſui.* mecumq; ſentit *Fachin. lib. 3. contr. 58. Boer. deciſ. 160. n. 1. 2. Treutl. vol. 1. diſp. 2. th. 6. lit. c. Valent. Förſt. de ſucceſſ. lib. 6. c. 30. n. 2. 3.*

XIII. Nec refert, licet ejus ætatis ſint, ut conſentire neqveant, nihilo minus tamen qvia de ipſorum, qvi legitimantur, maximo agitur præjudicio, ut qvi poteſtati patriæ per legitimationem ſubjiciuntur ritè recteq; legitimabuntur, dummodo id ratum habeant, uti ex verbis definitionis noſtræ colligitur, qvando ad eam ætatem pervenerunt, qvâ conſentire poſſunt *textus in Nov. 89. c. 11. pr. ibi. dum & filii hoc ratum habuerint.* Ratihabitio qvippe conſenſui æqviparatur,

qvæ adhiberi deinde ac præſtari qvocunq; tempore poteſt. *l. jubemus C. de emancipat. lib.* Id ipſum qvoq; confirmat exemplum adoptionis, ad hanc qvippe reqviri conſenſum adoptati extra controverſiam eſt: & tamen infantem qvoq; adoptari poſſe dicitur *in l. 24. ff. de adopt.* Ex qvo ſeqvitur, qvod ejus deſideretur ratihabitio, cum ad eam ætatem pervenerit, qvâ conſentire poteſt. *Förſt. lib. 6. c. 33. n. 2. 3.*

XIV. Atqvè hinc legitimari poſſunt liberi naturales, utpote proprium legitimationis objectum. Iidem qvoq; nothi appellantur *in græco text. Nov. 89.* & nothos propriè eſſe liberos naturales ex concubina natos, docet *Förſt. lib. 6. cap. 36. n. 2. 3.* Juſtinianus Imperator eos vocat homines degeneres, *in l. ult. in fin. C. de nat. lib.* vulgò Baſtardi *gl. ad rubr. ff. de concub.* dicuntur à Germanico Baſtart/ qvaſi Böſ'art/ id eſt, degeneris indolis ſeu ingenii, *teſte Cujac. ad d. Nov. 18. & Johan. Borch. in comment. in conſvetud. feud. cap. 7. n. 17. Boc. cap. 2. de Regal. n. 104.*

XV. At ſi qvis confeſtim inferre vellet, qvia concubinatus noſtris moribus eſt prohibitus. Idcircò neq; liberi naturales amplius dantur, & per conſeqvens omnia jura de liberis naturalibus ſcripta nullius erunt momenti: ne qvidem in Romano-Germanico Imperio legitimationum uſus cerneretur. Qvi ſic, inqvam, judicare vellet, malus profectò eſſet naturalium liberorum cenſor.

XVI. Illud ſanè inficias ire non poſſumus, non dari hodiè merè ac verè naturales, eò qvod extra matrimonium omnis conſvetudo, qvod rectè & laudabiliter factum, in terris præſertim Imperii damnata cenſeatur: uti videre licet in der Reformation guter Policey zu Augſpurg Anno 1530. tit: von leichtfertigen Beywohnungen/ ibi: Dieweil auch viel leichtfertige Perſonen auſſerhalb von Gott auffgeſatzter Ehe zuſammen wohnen. Item in der Reformation guter Policey zu Augſpurg Anno 1548. tit: von leichtfertigen Beywohnungen. Und in der Reformation guter Policey zu Franckfurth Anno 1577. Et maximè de hoc ſollicitus fuit in Provinciis Electoratûs hujus Princeps Mauritius pientiſſimæ memoriæ, peculiarem contra concubinarios promulgans Conſtitutionem, qvæ reperitur in Ordinat. Provinc. de Anno 1550. ſub tit: von verdächtigen und leichtfertigen Weibes-Perſonen / cujus verba hæc ſunt: Mit verdächtigen und leichtfertigen Weibes-Perſonen auſſerhalb der Ehe Haus zu halten/

ſoll

ſoll männiglichen in unſern Landen verboten ſeyn. Wird ſich aber jemand deß unterſtehen / der ſoll / über die Verkleinerung / ſo ihme von männiglich daraus erfolgen wird / von ſeiner Obrigkeit oder in Mangelung / Uns ſelbſt darumb geſtraffet werden.

XVII. Et qvamvis, uti diximus, nulli penè propriè naturales hodiè amplius reperiantur: legitimationem tamen adhuc locum habere verius eſt, ſi non in verè naturalibus, in iis tamen de conſvetudine, qvos non veremur indigitare naturales, qvi extra matrimonium ex honeſtâ & inculpatâ fœminâ, cum qvâ nec adulterium nec inceſtus vel alius nefarius coitus committitur, ſine ſponſalibus & copula ſacerdotali procreantur, vide *Weſenb. conſ.* 44. *n.* 64. nec non *Petr. Paul. Buſ. ad l. in liberâ* 24. *de ritu Nupt.* Communiter qvidem ſpurios vocare ſolemus, at minus rectè niſi generali qvadam ſignificatione eos ita vocare malis. *Förſt. de ſucceſſ. lib.* 6. *c.* 32. *n.* 6. Nam meretricum & proſtibulorum liberos propriè ita vocamus *l. vulgò concepti* 23. *ff. de ſtat. hom.* ex cujusmodi concubitu natus filius nomine filii naturalis dignus non eſt, nec beneficio legitimationis. *d. Nov.* 74. *c. ult. & d. Nov.* 89. *c. ult. Boc. cap.* 2. *de Regal. n* 4. Qvippe qvi nec Patrem, propter incertitudinem habere intelliguntur. §. *ſi adverſus pen. Inſt. de Nupt. l.* 5. *ff. de in jus voc.*

XVIII. *Sed ut nihil antiqvitatis penitus ignoretur* §. 1. *Inſt. de teſt. ord.* ſciendum eſt olim qvidem duos legitimandi modos in uſu fuiſſe: qvorum alter fiebat per oblationem Curiæ §. *fin. Inſt. de Nupt. l. ſi qvis C. de nat. lib.* Alter per ſubſeqvens matrimonium *d.* § *fin. Inſtit. de Nupt. l.* 5. 9. 10. *C. de nat. lib.* Acceſſit deinde Tertius, qvi dicebatur per Reſcriptum Principis. *d Nov.* 74. *c.* 2. *& Nov.* 89. *cap.* 9. Qvorum duo poſteriores hodiè adhuc in uſu ſunt, & totâ die practicantur.

XIX. Per oblationem Curiæ tunc legitimabantur liberi naturales, qvando pater illos muneribus Curialibus obeundis offerebat Curiæ: idq; teſte populo vel actis intervenientibus, aut ipſi filii ſeſe offerebant Curiæ, idq; vel ex ultimâ voluntate patris, vel ultrò ſuaq; ſponte. Etenim Curialium munus, qvod illis incumbebat, admodum fuit oneroſum, in tantum ut ab Ethnicis & impiis Imperatoribus Chriſtiani pœnæ loco Curiis addicerentur, referente Caſſiod. *lib.* 1. *hiſt. trip. c.* 9. *lib.* 6. *c.* 7. *l.* 7. *c. ult.* & propterea leges Curialibus

varia

varia indulſerunt privilegia, qvibus ad munera iſta curialia ſuſcipienda multi invitarentur, qvi alias ſponte ea non fuiſſent ſuſcepturi. Inter ea verò & hoc privilegium illis fuit datum, ut liberi naturales Curiis à parentibus dati legitimorum liberorum nomen & jus conſeqverentur, ſuisq; parentibus unà cum liberis legitimis ſuccederent *§. ſui autem 2. verſ. qvibus connumerari. Inſt. de hered. qvæ ab inteſt. def.* Si verò ipſi filii naturales ſua ſponte ſe Curiæ obtulerint, non aliter ſui & legitimi fiebant, qvàm deficientibus naturalibus & legitimis; qvæ omnia latius explicantur *in d. Nov. 89. c. 2. & ſeqq.* Illud adnotandum in filiabus qvoq; naturalibus fuiſſe locum huic legitimationi, ſi eæ Curiali elocarentur, juxta *Nov. 89. & l. 3. in fin. C. de nat. lib.*

XX. Erunt autem multa Curialium onera, de qvibus paſſim in legibus Codicis & Novellis Theodoſii aliorumq; Impp. ante Juſtinianum: Ut igitur ad onera illa ſuſtinenda, qvæ pleriq; propter immenſam negotiorum molem ſummosq; adminiſtrationis labores refugiebant, multi invitarentur, hunc legitimationis modum prudenter excogitavit Imper. Theodoſius *l. ſi qvis C. de nat. lib.* ut honor & commodum legitimationis eſſet qvaſi illecebra qvædam ad ſubeunda æqviore animo onera Curiæ *Rittersh. ad d. Nov. 74. & Nov. 89. c. 2.* Qvem Leo Imperator poſteà confirmavit *l. qvoniam C. eod.* & tandem Imper. Juſt. explicavit *d. Nov. 89. c. 2.* Verùm qvia noſtris moribus iſte legitimandi modus immutatâ Reipublicæ formâ & muneribus iſtis Curialibus ſublatis ab uſu receſſit, *Hartm. Hartm. 2. miſcel. in f.* non eſt, qvod in hoc diutius immoremur.

XXI. Secundus & optimus legitimandi modus eſt per ſubſeqvens matrimonium, qvô qvis eam ſibi matrimonio copulat, ad qvam prius conſvetudinem habuerat, & ex quâ prolem ſuſceperat, nec matrimonio ejus ipſi interdictum erat *§. fin. Inſt. de Nupt. l. 10. C. de nat. lib. d. Nov. 89.*

XXII. Ex qvo neceſſariò efficitur, liberos ex adulterio vel inceſtuoſo coitu ſuſceptos per ſubſeqvens matrimonium legitimari non poſſe. V. G. Si conjugatus ex aliâ prolem ſuſcitet, & uxore ſuâ mortuâ eam mulierem in uxorem ducat, proles non legitimatur *c. Tanta. verſ. nihilominus X. qvi filii ſunt legit.* Nam ut legitimationi locus fiat, oportet ex ſoluto ſolutâq; liberos ſuſceptos fuiſſe *d. c. Tanta. Baldus in l. Paulus ff. de ſtat. hom. & in l. ex liberâ. C. de ſuis & legit. hered.*

*red. Mayner. in l. qvoties n. 9. ff. de R. J. Valent. Förſt. lib. 6. de ſucceß. c. 30. n. 7. 8.* Reliqvi non habebunt qvoddam ad præſentem legem participium, amoveturq́; eis omnis Imperialis munificentiæ manſvetudo. *cap. ſ. Nov. 89.*

XXIII. Idem & hoc ſtatuimus de filio vulgò concepto ſeu qvæſito, veluti ſi qvis ex opere Charitatis, ut ipſi in ſalutem æternam proficeret, qvemadmodum Pontifex loqvitur, eam duxit in uxorem, qvæ publicè corpus ſuum libidini proſtituit & vulgò concepit: licet is ſæpius commiſceri cum eâ ſolitus ſit: filius tamen ſubſeqventi cum eâdem matrimonio non legitimatur. Nam incertum eſt, cujus ſit filius *l. vulgò 23. ff. de ſtat. hom.* Ideoq́; legitimatio ipſi tanqvam extraneo non proderit, præſertim cum incertitudo aliàs vitiet actum *l. idem Pomponius ff. de rei vind. §. incertis. Inſtit. de legat. Mayner. in d. l. qvoties n. 6. ff. de R. J. Förſt. d. c. 30. n. 5.*

XXIV. Hunc modum legitimandi primum introduxit Conſtantinus Magnus, qvi circa annum Chriſti 310. ſecundum computationem Calviſii ad imperium evectus, & ſeqventi Anno 311. venerandâ Chriſtianorum fide Romanum Imperium munivit, ac permultas utiles leges de caſtitate & conjugiis, qvarum qvasdam recenſet Charion in ſuo Chron. lib. 3. qvò ſeductos per concubinatum à vero tramite honeſti amoris ad viam rectam legitimæ conjunctionis alliceret, conſcripſit: Nam ante Conſtitutionem Conſtantini Magni nati ex concubinatu, ut maximè mater ipſorum à patre concubinario in uxorem duceretur, per hoc legitimi non fiebant, ſed lex eos habebat tanqvam peregrinos, & ab omni civitatis jure alienos, qvod Conſtantinus iniqvum eſſe putavit. *Vult. ad § fin. Inſtit. de Nupt. Förſt. lib. 6. de ſucceß. c. 20. n. 3. & ſeqq.* Idcircò etiam inter cæteras leges ſuper ingenuis concubinis ducendis uxoribus, filiis qvin etiam ex iisdem vel ante matrimonium vel poſteà natis pro ſuis ac legitimis habendis ſacratiſſimam edidit conſtitutionem, qvæ non amplius extat, & ita ſe habet: Omnibus integrum eſto ingenuam concubinam ducere uxorem, & qvi hoc fecerint, eorum liberi ante & poſt concubinatum progeniti, legitimi & ſui ſunto.

XXV. Poſt Conſtantinum Zeno Imperator cùm animadverteret, Conſtitutionem Conſtantinianeam eſſe æqviſſimam, & à multis, qvi ſpretis legitimis conjunctionibus contubernia eligerent, poſthaberi,

beri, novam Conſtitutionem promulgavit & priorem Conſtantini legem renovavit, uti apparet *ex l. Divi Conſtantini 5. C. de nat. lib.*

XXVI. Non autem diu durante Zenonis Conſtitutione, hanc prædictam Conſtantini Imperatoris Sanctionem demum perfecit Imperator Juſtin. *in l. cum qvis. 10. C. de nat. lib.* Et hæc eſt ratio, cur ſe Juſtinianus pro autore legitimationis per ſubſeqvens matrimonium *in Nov. 89.* exiſtimet, nempe qvia abrogatam renovavit ac confirmavit.

XXVII. Hic, inqvam, eſt hodiè uſitatisſimus omniumq; firmisſimus modus, maximeq; favorabilis, qvo prior macula & infamiæ nota, qvæ liberis ex hâc ſceleratâ commixtione adhærebat, qvaſi eluitur, ac pro iis habentur deinceps, ac ſi ex juſto & legitimo matrimonio procreati fuiſſent. Nullam enim inter legitimatos & legitimè natos hâc in parte leges agnoſcunt differentiam *Nov. 12. cap. fin. Nov. 74. c. 1. 2. Nov. 89. c. 9. Franc. Mant. de conject. ultim. volunt. lib. 11. cap. 10 n. 10. Petr. Heig. part. 1. qvæſt. 21. n. 62. Andr. Gail. lib. 2. obſ. 141. n. 2.* Imò legitimi nati cenſentur, cumq; iisdem unâ eâdemq; lance trutinantur, ut nec prior nec junior ullo habeatur diſcrimine, ſed qvi ex iisdem matrimoniis procreati ſunt, ſimili perfruantur fortunâ *l. cum qvis. 10. in fin. C. de natur. lib.* Et qvi aliter ſentit, me certè conſentientem non habebit, nec ullum alium forſitan inveniet rectè ſentientem.

XXVIII. Jure qvoq; Canonico hujusmodi liberi per ſubſeqvens matrimonium legitimati pro veris, juſtis ac legitimis liberis reputantur; Cum matrimonium ſubſeqvens qvaſi retrotrahatur ad tempus nativitatis filiorum & perinde habeatur, ac ſi ante nativitatem contractum eſſet *c. Tanta. 6. ubi Panormit. n. 4. & 7. X. qvi fil. ſunt legit.* ita ut nulla hic ſit fictio, ſed tantum qvædam retrotractio.

XXIX. Nec diſcrepat Jus Saxonicum, qvo ſimiliter liberi per ſubſeqvens matrimonium legitimati unâ cum liberis naturalibus & legitimis ad ſucceſſionem ſimul admittuntur, non obſtante *art. 37. lib 1.* Landrecht / qvi neq; de legitimatis per ſubſeqvens matrimonium loqvitur, neq; ſi loqveretur, de conſvetudine obſervatur, ut notat gl. lat. ad text. germ. ibid. lit. b. prout & Scabini Lipſienſes teſte Ambroſio Schurero pronunciarunt. Et extat ſententia poſt Weichb. ſub tit. wie die unächtigen Kinder durch die folgende Ehe ꝛc. ehelich werden.

XXX. At-

XXX. Atqve hinc in poteſtate patris ſunt non minùs atq; ex juſtis nuptiis procreati: Patris, inqvam, non etiam matris, qvoniam legitimatio ad eum fit effectum, ut per eam acqviratur patria poteſtas, qvam à fœminâ removimus, *Vult. ad §. fin Inſt. de Nupt.*

XXXI. Liberis ex juſto matrimonio procreatis, ſive ſoli ſint, ſive cum illis concurrant, per omnia & in omnibus ſimiles ſunt non tantum qvoad honores & ordines tàm Eccleſiaſticos, qvàm ſeculares *Gl. & Panorm. in d. c. Tanta.* Verùm etiam qvoad ſuitatem, legitimam ſucceſſionem, heredis inſtitutionem, qverelam inofficioſi teſtamenti aliaq; juris beneficia tam de jure civili, qvàm canonico. *§ ſui autem verſ. qvibus connumerari. Inſt. de ſucceß. qvæ ab inteſt. def. l. Divi Conſtantini 5. l. cum qvis 10. cum l. ſeq. C. de nat. lib. Nov. 12. c. ult. in fin. Nov. 19. in pr. verſ. ſed qvoniam. Nov. 74. c. 2. in fin. Nov. 89. cap. reliqvi. 8. c. Tanta & c. innotuit. extr. qvi fil. ſunt legit. Treutl. vol. 2. diſp. 16. th. 2. lit. d. Förſt. lib. 6. de ſucceß. cap. 29.* Unde liberi qvoq; Nobilis ex concubina progeniti & per ſubſeqvens matrimonium legitimati efficiuntur Nobiles *Dn. Carpz. lib. 2. Juriſpr. Eccleſ. d. 11. numer. 13.*

XXXII. Imò qvod plus eſt, ſuccedunt etiam in feudis, uti communiter tradunt Feudiſtæ *in c. 1. §. naturales. Si de feud. def. contr. fuer.* Qvos allegat & ſeqvitur *Hartm. Piſtor. part. 2. q. 41. n. 1.* licet feuda ſint conceſſa filiis ex legitimo thoro ſive filiis ex corpore legitimè deſcendentibus, für ehelich gebohrne Leibes-Lehens-Erben. *Secundum Schrader. de feud p. 7. c. 5. n. 11. VVeſenb. de feud. c. 6. n. 9.* Nihilominus tamen propter vim ſcilicet matrimonii æqvè ac legitimè nati ad ſucceſſionem feudi admittuntur. Qvæ ſententia etiam in praxi eſt recepta. Qvem in modum Facultas Juridica Lipſienſis reſpondit Anno 1635. d. 2. Maji Bogislao Duci Pomeraniæ: P. P. Aus den Acten allenthalben ſo viel zu befinden/ daß der Beklagten Vorwenden ungeacht/ Klägere Rüdiger Borck und ſeine Brüder/ nach bewerthem Schluß der Rechts-Lehrer/ zu der Succesſion ihres Vatern Lehn-Güter billich zuzulaſſen/ und mit denſelben/ auff ihr Anſuchung/ zu belehnen/ und beklagte Klägere davon ferner zu hindern oder Eintrag zu thun nicht befugt V. R. W. Eamq; tanqvam æqviorem ac benigniorem Scabini Lipſienſes in pronunciando ſeqvuntur ac ſecundum eandem in hiſce regionibus pronunciare ſolent: Daß ſolche geeche-

 lichte

liche Kinder in Erbfällen und zu ehrlichen und redlichen Ständen nicht verhindert werden / hoc eſt, qvod filii ita legitimati ad ſucceſſiones, ordines & dignitates admittantur. Nil obſtante *Conſtitutione Illuſtriſſimi Electoris Mauritii de Anno* 1543. *ſub tit:* Von den aus der Ritterſchafft / welche Kinder auſſerhalb der Ehe zeugen / ꝛc. qvæ contrariâ obſervantiâ ab uſu fori Saxonici receſſit. *Teſte Hartm. Piſtor.* p. 2. q. 41. *num.* 37.

XXXIII. Sed hoc intellectum velim de maſculis: Fœminas enim regulariter in feudo non ſuccedere indubitati juris eſt *cap.* 1. §. *filia vero. tit. de ſucceſſ. feud. cap.* 1. *tit. qvemadm. feud. ad fil. pertin. c.* 1. §. *hoc autem tit. de his qvi feud. dar. poſſ. c.* 1. *de nat. ſucceſſ. feud. Andr. Rauchb. part.* 1. *qvæſt.* 37. *numer.* 1. *Petr. Heig. part.* 1. *qvæſt.* 26. *num.* 1. Principio namqve bellorum neceſſitas feuda introduxit, eaq; regulariter ob ſingulares virtutes bellicas & heroica facinora inventa atqve ob ſervitia militaria conceſſa ſunt, ut mediantibus illis Principes ſibi adjungerent, ac in promptu haberent viros ac milites ſtrenuos, fideles, & exercitatos, qvorum operâ militari in expeditionibus, ſi contigerit, ad Imperii ſalutem atq; defenſionem uterentur *arg. text.* 2. *f.* 34. §. 2. 2. *f.* 52. 55. Unde Vaſalli ſæpius milites appellantur 1. *f.* 19 & 22. 2. *f.* 21. 22. At fœminæ ad bella gerenda minus ſunt idoneæ: poſſunt qvidem in domo ex penſo telam trahere, ſed non in bello tela tractare. Mulier enim à mollitie qvaſi *mollier* dicta eſt, unde magis convenit, mulieres à viris defendi, qvàm viros à mulieribus *l.* 2. *ff. de injur.* §. *patitur* 2. *verſ. defendi. Inſt. eod.* Qvod in tantum obtinet, ut nec maſculis ex fœminis deſcendentibus in feudis ad ſucceſſionem aditus pateat, ſicuti diſertè probatur *in d. c.* 1. §. *hoc autem. tit. de his qvi feud. dar. poſſ.* & *c.* 1. *de ſucceſſ. fratern. Roſenth de feud. c.* 7. *concl.* 109. *Ludolph Schrader. de feud. part.* 7. *c.* 4. *n.* 3. *Herm. Vult. de feud. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 29. *Valent. Förſt. de ſucc. ab inteſt. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 2. & *lib.* 4. *cap.* 23. *numer.* 49. *Magnifi. Dn. Carpz. part.* 3. *conſtitut.* 28. *def.* 8.

XXXIV. Hoc tamen expeditum videtur, qvod in fœmineo feudo aut ex pacto & conceſſione ſpeciali fœminæ omninò ſuccedant, *c.* 2. *de feud. fœmin. c.* 2. *de nat. ſucc. feud. Ludolph. Schrad. de feud. part.* 7. *c.* 4. *n.* 48. *Valent. Förſt. de ſucceſſ. lib.* 4. *n.* 23. & 51. at non niſi deficientibus maſculis *c. jugales in capp. extraord.* Qvod eò magis proce-

dit,

dit, ſi pacto ſpeciali deficientibus demum maſculis ſucceſſio fœminis deferatur *c. 2. de eo qvi ſibi & hered. ſuis maſculis & fœminis. Hartm. Piſtor. part. 2. qvæſt. 35. n. 2.* Etenim feudi natura hæc eſt, ut maſculis magis qvàm fœminis deferatur, maſculoq; exiſtente fœmina non ſuccedat. *c. 2. in fin. tit. de eo qvi ſibi vel hered. ſuis maſc. Zaſius in Epit. feud. part. 8. n. 52. Johan. Borch. in tr. feud. c. 7. n. 76. Octav. Cacheran. dec. 81.* Et ita in Scabinatu Lipſienſi Menſ. Octobr. Anno 1596. in causâ Joh. Palmans zu Plauen pronunciatum tradit *Mſ. Dn. Carpz. part. 3. Conſtit. 28. def. 13.*

XXXV. Factâ verò inveſtiturâ ut fœminæ in eo ſuccedant ſicut maſculi vel cum maſculis ſimul, certè dubium non eſt, qvin eo caſu, inveſtito moriente, ſuccedant pariter mares & fœminæ, ut diſertè probatur *in capp. extraord. Hartm. Piſtor. part. 2. qvæſt. 35. n. 28. Valent. Förſt. de ſucceſſ. ab inteſt. lib. 6. c. 23. n. 49. & ſeqq.* ubi plures refert ampliationes. Qvin imò, etſi feudum conceſſum eſſet maſculis cum fœminis prætermiſſâ dictione (Simul) attamen cum maſculis pariter ſuccedere fœminas, exiſtimarunt communiter Dd. *teſte Hartm. Piſtor. qvæſt. 35. n. 30. Jul. Clar. lib. 4. Sentent. § feudum. qvæſt. 73. n. 4. Johan. Borch. in tract. feud. cap. 7. n. 67. Octav. Cacheran. deciſ. 81. n. 2. & n. 18.* propter vim dictionis (Cum) qvæ non tantum copulat ſed & planè conjungit, adeoq; dictio hæc (Cum) illas perſonas, inter qvas ordo conſiderari ſolet, æqvaliter vocare cenſetur ut *arg. l. ſi mulieri ff. de uſufr. accreſc.* docent Bart. & Dd. *in l. gallus §. & qvidem ff. de lib. & poſthum. Hartm. Piſtor. dict. qvæſt. 35. n. 30.* Prout ita Dnn. Scab. Lipſ. in causâ heredum Caſpar Roſenbergers ad reqviſitionem Qvæſtoris zu Sachſenburg Menſ. Mart. Anno 1600. reſponderunt, *teſte Mſ. Dn. Carpz. p. 3. Conſt. 28. def. 14.* hiſce formalibus: So hat er ſolches Erblehen geſtalten Sachen nach auff ſeine drey Kinder als Sohn und Tochter zugleich gebracht und verfället / V. R. W.

XXXVI. Hæcq; adeò vera ſunt, ut taliter legitimatus qvoqve excludat fœminas, ſi in aliqva civitate ſtatutum vigeat, qvod extantibus filiis maſculis legitimè natis fœminæ non ſuccedant. Nam & ſtatuta de filiis legitimis diſponentia, qvantumvis ſtrictè ſint accipienda *l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. geſt.* æqvè comprehendunt legitimatos ex ſubſeqventi matrimonio, ut docet Bald. *in l. cum acutiſſimi 30. de fideicommiſſ. Jaſon. vol. 4. conſ. 168. col. 4. Nicol. Boer. deciſ. 59. n.*

5. *Carol. Molin. in conſvetud. Pariſienſ. tit.* 1. §. 8. *gloß.* 1. *n.* 49. Hartm. Piſtor. *lib.* 2. *qvæſt.* 41. *n.* 13. & 15. *Treutl. vol.* 2. *diſp.* 16. *th.* 2. *lit. e.* Forſt. *de ſucceß. lib.* 6. *c.* 29. *n.* 4. & *c.* 37. *n.* 34.

XXXVII. Imò demonſtrabimus etiam cum *Vaſq. de ſucceß. progr.* §. 2. *n.* 89. legitimatos per ſubſecutas nuptias in jure primogenituræ præferendos iis, qvi poſteà ex legitimo matrimonio naſcuntur, contra Tiraq. *de jure primogenit. qvæſt.* 34. *Treutl. vol.* 1. *diſp.* 2. *th.* 7. *lit. b.* & *vol.* 2. *diſp.* 16. *th.* 2. *lit. d.*

XXXVIII. Atqvid dicendum de ſtatutis opificum, tribuum, & ſimilium in civitatibus Der Handwercker Innungen/Zünfften/ qvæ ſpurios ſive naturales ab artificiis & collegiis arcent, num etiam ad legitimatos extendi poſſint? Dicant opifices, qvicqvid velint, non obſtante eorum ſtatuto, qvod tantummodo ex probis honeſtisqve parentibus ac thoro legitimo procreatos in conſortium eorundem admittit, legitimati omninò recipi debent; Qvippe per ſubſeqvens matrimonium omnia jura juſtorum liberorum conſeqvuntur, antiqvæ ingenuitati reſtituuntur, nihilq; à legitimis differunt. *Nov.* 12. *cap. ult. Nov.* 74. *c.* 1. & 2. *Nov.* 89. *c.* 9. Qvodq; tales legitimati per omnia legitimè natis æqviparentur, comprobat Camera Imperialis, teſte *Andr. Gail. lib.* 2. *Obſ.* 141. *n.* 2. Retrotrahitur namqve hoc caſu matrimonium ad tempus nativitatis filiorum, omnemqve maculam purgat, & efficit, ut ante matrimonium natus verè legitimus ſit, & pro eo habeatur, ac ſi ex & de legitimo matrimonio natus eſſet *d. c. Tanta. ubi Dd. X. qvi filii ſunt legit.* Hartm. Piſtor. *lib.* 2. *qvæſt.* 41. *n.* 15. & 33. *Gail. lib.* 2. *Obſ.* 141. *n.* 2. Eoq; facit textus *in c. cum in cunctis.* 7. *junct. cap. innotuit.* 20. *ibi gloß. extr. de elect.* Et ſecundum hanc ſententiam in Germaniæ judiciis pronunciari & tutò dici ſolet: Daß Sie von leiblichen Vater und Mutter als Chriſtlichen ehrlichen Eheleuten/ aus einem rechten ehelichen und unbefleckten Ehebette gezeuget und gebohren. Uti pronunciarunt Dnn. Scab. Lipſ. ad conſultationem des Schneider-Handwercks zu Hertzberg/ Menſ. Octobr. Anno 1641. hiſce formalibus: Hat ein Mitmeiſter euers Handwercks daſelbſten T. S. Georg R. eines Fleiſchers Tochter geehelichet. Ob nun wohl dieſelbe hiebevor von ihrem Vater ſechs oder ſieben Wochen nach gehaltener Hochzeit erzeuget worden/ und alſo derer Eltern ſich zu zeitig zuſammen gefunden. Dieweil aber den-

noch

noch dieſer Mängel durch die erfolgte eheliche Copulation allerdings purgiret worden / auch was die Eltern verbrochen / den Kindern zu Nachtheil nicht wohl gereichen mag. So wird gedachtes Georg N. Tochter vor eine von Chriſtlichen aus einem rechten / ehelichen / unbeflecketen / ungetadelten Ehebette erzeugtes Kind gehalten / und mag demnach von den Zuſammenkünfften und Bierzechen / wann der Mitmeiſter Weiber erſcheinen / nicht ausgeſchloſſen werden / ſondern ſie wird gleich derſelben eures in euer Frage gethanen Fürwendens ungeacht / billich zugelaſſen / V. R. W. Adde Richterum magni nominis JCtum p. 2. d. 80. n. 12.

XXXIX. Eſtq; tantus hujus rei effectus, ut legitimato per ſubſeqvens matrimonium jure detur teſtimonium natalitium, Ein Geburts-Brieff / qvod ex thoro legitimo & parentibus honeſtis natus fuerit: Er ſey von ehrlichen frommen Eltern / und aus einem rechten / ehelichen / unbeflecketen / ungetadelten Ehebette hergekommen und gebohren. Et ita reſpondit Facultas Juridica Lipſienſis Anno 1642. Menſ. Jun. ad qvæſtorem Altenburgenſ. M. H. G. P. P. Dieweil einen Schein zu ertheilen über das jenige / was beglaubte Leute von eines andern ehrlicher Geburt eydlichen ausgeſaget: kein vorhergehendes Erkäntnüß und rechtl. Ausſprechen erfordert und jedwedern Obrigkeit dergleichen Schein von ſich zu ſtellen unverboten. So iſt auch euch auff eines oder des andern freywillige Vorſtellung die Zeugen / ob ſie gleich euer Botmeſſigkeit nicht unterworffen / eydlich abzuhören / und ihre Auſſage in eine gewöhnliche Form der Geburts-Briefe zu bringen unbenommen / V. R. W. Prout qvoqve pronunciarunt Dnn. Scabin. Lipſienſes ad conſultationem Hier. Ottens Kyſevvetters Menſ. Decembr. Anno 1622. qvorum ſententiam refert Mſ. Dn. Carpz. Conſt. Elect. 6. def. 15. p. 2. verba ſunt: Hat H. G. Anno 1596. C. K. geſchwängert / darauff ſie eines jungen Sohns geneſen / ſo Chriſtoff genennet worden. Es haben aber nachmals Anno 1598. vorgedachte beyde Eltern einander geehlichet und ſich trauen laſſen / und nachdem bemelter ihr Sohn Chriſtoff erwachſen und zu D. Bürgerliche Nahrung und Handel zu treiben vorhabens iſt / wil ihme ſolches anderer geſtalt / als gegen Vorlegung und Auffweiſung eines Geburts-Briefes nicht geſtattet werden / ꝛc. So ſeyd ihr ihme dergleichen Geburts-Brieff / daß nehmlichen er Chriſtoff G. von H. G.

und C. K. ſeinen leiblichen Eltern / als Chriſtlichen / ehrlichen / frommen Eheleuten aus einem rechten / ehelichen / unbefleckten / ungetadelten Ehebette herkommen / gezeuget und gebohren / zu geben wol befugt / V. R. W. Non ergò habent opifices, qvod prætendant, qvò minus legitimati recipiantur.

XL. Et qvamvis in eorundem ſtatutis expreſsè proviſum eſſet, nempe recipiendos non fore per ſubſeqvens matrimonium legitimatos: tamen hoc admittendum eſſe non putamus. Ejusmodi namqve ſtatuta contra matrimonii jus & favorem non valent, Weſenb. *in §. aliqvando autem 13. verb. efficitur. Inſtit. de Nupt.* Qvin & iniqvum eſſet liberos innoxios tanqvam peccantes puniri, ut ait Imper. in præfat. *Nov. 12. Hartm. Piſtor. lib. 2. qvæſt. 30. n. 26. & 31. Matth. Steph. de Jurisd. lib. 2. part. 2. cap. 8. n. 40. & ſeqq. Magnif. Dn. Carpz. part. 2. Conſt. 6. def. 12.* Ita enim in hanc ſententiam Menſ. Septembr. Anno 1618. in Conſiſtorio Supremo ad reqviſitionem Balthaſari M. zum S. reſponſum fuit: Verba ſententiæ ſunt: Habt ihr euch bey dem Schuſter-Handwerck des Orts angegeben und gebeten / daß ihr in ihre Innung genommen werden möchtet / wie ihr denn auch das jenige ſo hierzu nöthig zu leiſten erbötig / es wil euch aber von dem Handwerck ſolches verweigert werden / mit Fürwenden / daß beſage ihrer Innungs-Articul allein die jenigen / ſo aus einem rechten ehelichen Ehebette gebohren / bey ihnen geduldet würden: Ob nun wol eure Mutter euch von Abraham G. auſſer der Ehe gezeuget. Dieweil ſie ihn aber nachmals geehlichet / und er alſobald darauff mit ihr Hochzeit halten müſſen / wordurch ihr per ſubſeqvens matrimonium legitimiret und in den Stand bracht worden / daß ihr als aus einem rechten ehelichen Ehebette gebohren zu halten: So iſt demnach bemeldtes Handwerck euch in ihre Innung auffzunehmen ſchuldig / in Verweigerung werden ſie darzu billich angehalten / V. R. W.

XLI. Idqve non modò qvoad liberos procedit, ſed favorem etiam ipſorum parentum concernit, ita ut ex ejusmodi concubitu anticipato & per ſubſeqventes nuptias legitimato nullam maculam incurrant. *Johan. Lupus in tract. de matrim. & legitimat. part. 2. n. 34. & ſeqq. Modeſt. Piſtor. vol. 1. conſ. 46. qvæſt. 1. n. 10.* Qvamvis omnis culpæ expers non ſit, qvi carnaliter ſe commiſcuit cum eâ, qvam poſtea in uxorem duxit, ut propterea etiam vulgi opinione aliqvâ

macu-

maculâ laboret. *Hartm. Piſtor. lib. 1. quæſt. 30. n. 31.* Attamen contractis poſteà nuptiis culpa tollitur omnisqve macula ex ſtupro delinqventibus impreſſa ceſſat *d. c. Tanta. ubi Gl. & Panorm. num. 4. & 7. extr. qui fil. ſunt legit.* Qvid ergò mirum, ut nuptiis ſubſecutis ejusmodi ſtuprator maritus poſteà factus legitimus in collegium opificum recipi debeat. Atqve hoc in caſu Dnn. Scab. Lipſ. an die Meiſter des Poſamentirer Handwercks zu Leipzig / Menſ. Septembr. Anno 1629. pronunciaſſe atteſtatur Mſ. Dn. Carpz. part. 2. Conſtit. 6. def. 13. Sententia hisce verbis concepta: Ob nun wol derſelbe ſein Eheweib / ehe und zuvor er ſie geheyrathet / geſchwängert gehabt. Dieweil aber dennoch durch die vollzogene Ehe der Mackel / ſo durch vorgehende Schwängerung ihme zugewachſen / wieder erloſchen und auffgehaben worden. So wird er auch in die Handwercks-Innung billich auffgenommen / V. R. W.

XLII. Qvemadmodum qvoqve hâc ex causâ exinde removeri neqvit, ſecundum qvam ſententiam pronunciavit Facultas Juridica Lipſienſis Anno 1638. Menſ. Jul. An Bürgerm. und Rath zum F. Verba ſunt: Hat ein junger Geſelle ein Schuemacher ſeines Handwercks / bey euch mit einer Jungfrau ſich heimlich verlobet / und ſie nach dieſem fleiſchlich erkant / und endlich ihre Eltern angeſprochen / daß ſie ihm ihre Tochter zur Ehe geben wolten / welches ſie auch gewilliget / und iſt darauff die Ehe durch ordentliche copulation und Trauung vollzogen worden. Es iſt aber das Weib nach etlichen Monaten eines jungen Sohns geneſen / dahero ihr nun berichtet seyn wollet / wie ihr und das Schuemacher-Handwerck / in welcher Innung der Mann gefunden wird / ihn zu beſtraffen befugt ſeyd. Ob nun wol dieſe zwey Perſonen einander geehelichet. Dennoch aber und dieweil ſie vor der Chriſtlichen copulation und Trauung fleiſchliche Unzucht getrieben. So ſeyd ihr ſie beyde mit Gefängnüß auff eine zeitlang zu beſtraffen wol befugt. So viel aber die Schuemacher betrifft / weil nach der fleiſchlichen Vermiſchung die eheliche Trauung erfolget / auch ſo ferne beyde mit Gefängnüß geſtraffet worden. So iſt nunmehr dardurch die begangene Unzucht abgewendet und gebüſſet / und wird demnach der delinqvent ferner / wie bißhero geſchehen / andern Zech-Gliedern billich gleich geachtet / und ſind die

Schuemacher ihn aus dem Handwerck zu ſtoſſen nicht befugt. Es wird auch ſein Weib andern Meiſters-Weibern gleich gehalten. Es were denn in des Handwercks-Articuls-Brieſen / wenn ſolche von der hohen Obrigkeit confirmiret unnd beſtetiget worden / ein anders verordnet / auff ſolchen Fall verbliebe es dabey billich / V. R. W.

XLIII. Nec jure removeri poteſt è collegio opificum, qvi mulierem amore forſan alicujus ſtupratam aut ab alio per vim imprægnatam ducit in uxorem, non obſtante qvorundam opificum ſtatuto vel conſvetudine, qvâ prohibent, ne qvis Collegiatus infamem ducat uxorem: Durum ſiqvidem & valdè iniqvum foret, ſi maritum hoc caſu, qvam non admiſit, culpam, luere oportere diceremus. Neqve enim ex conjugis delicto maritus obligatur, vel culpam aliqvam contrahit, ut nec propterea pœnæ locus eſſe qveat. *l. aliud eſt fraus. 131. ff. de V. S. l. ſancimus. 22. C. de pœn.* Tantumqve abeſt, opificem meretricem ducendo peccare, ut potiùs egregium Charitatis opus exercere dicatur *c. inter opera 20. de ſponſal. c. integritas §. ult. 32. qvæſt. 1.* Etſi ejusmodi mulier, qvæ corpore ſuo qvæſtum facit, maculâ laboret *l. 43. §. 1. & 4. ff. de ritu Nupt.* Attamen de eâ, qvæ palàm ſeſe non proſtituit, ſed amore alicujus capta illi ſoli copiam ſui fecit, aut per vim ab alio ſtuprata fuit, id accipi non debet, nec ullibi jura huic infamiam irrogant. Et qvamvis ejusmodi ſtuprata ex pravâ & ſiniſtrâ hominum opinione, maculâ & infamiâ facti laborare cenſeatur *l. 2. in fin. ff. de obſeq. libert.* In ſeriis tamen vulgi opinioni falſæ non inhærendum eſt: Ab imperita enim multitudine qvi pendet, inter magnos viros non eſt numerandus, *teſte Cic.* cùm non modò non graviſſimum ſit multitudinis teſtimonium *Cic. lib. 2. de finib.* ſed plerumq; ne honeſtum qvidem, qvod eſt glorioſum in vulgus *Cic. lib. 4. Acad. qvæſt. Hartman. Piſtor. lib. 1. qvæſt. 30. n. 35.* Qvidqvid ſit, per matrimonium poſteà contractum omnis uxoris macula, ſi qva reſtat, purgata eſt Dd. *in d. c. Tanta. 6. extr. qvi fil. ſunt legit.* Qvi poſterior caſus in Conſiſtorio Lipſienſi Anno 1645. Menſ. Octobr. an J. B. und ſein Eheweib fuit deciſus, hiſce verbis: Auff gehaltene Verhör in Sachen Hans Biltzens Bürgers und Schuſters zu Pegau an einem/

nem/ ſein Eheweib Marten anders Theils betreffende / geben wir die Verordnete des Churfürſtl. Sächſ. Conſiſtorii zu Leipzig dieſen Beſcheid: Ob wol Hans Bitzens Weib gerichtlich bekant und geſtanden/ daß vor ihrer Verehelichung mit ihrem jetzigen Ehemann ſie von einem Soldaten 14. Tage vor dem Pegawiſchen Brande genothzüchtiget worden/ und ihm ſolches verſchwiegen / dahero ſie auch eines Kindes geneſen. Dieweil aber ihr Ehemann auff unſere Zurede ſich behandeln laſſen / daß er ihr verzeihen und ſie zum Eheweibe behalten wollen / ſo wird er darbey billich gelaſſen. Jedoch ſoll ſolches ihme an ſeinem Handwerck und ſonſt unnachtheilig ſeyn/ V.R.W. Qvoad priorem caſum pronunciarunt Dnn. Scabin. Lipſ. ad reqviſitionem Michaelis Hoffmanns / Menſ. Septembr. Anno 1631. Qvam ſententiam refert Magnif. Dn. Carpz. part. 2. Conſtit. 6. def. 14. & ita ſe habet: Ob ſich nun wol N.N. in ihrem Wittben-Stande ſchwängern laſſen. Dieweil ſie aber dennoch hierdurch an ihren Ehren nicht anrüchtig worden / ihre Verbrechung auch durch ausgeſtandene Straffe allbereit gebüſſet. So iſt auch dem Meiſter des Fleiſcher-Handwercks/ der ſie jetzo zu ehelichen vorhabens iſt/ ſolches zu thun unbenommen / und es mag ihm derhalben von ſeinen Mitmeiſtern das Handwerck nicht geleget / noch er nebenſt dem Weibe aus derſelben Innung / als unrüchtig entſetzet und geſtoſſen werden/ V.R.W.

XLIV. Nec veremur dicere talem legitimationem per ſubseqvens matrimonium qvocunqve tempore eſſe validam, etiam in articulo mortis contractam, ut ſi qvis in agone mortis conſtitutus duxerit uxorem *Treutl. volum. 2. diſput. 16. theſ. 2. lit. a. Weſenbec. conſ. 44. numer. 4. & ad §. final. numer. 3. Inſtit. de Nupt. Gail. lib. 2. Obſ. 141. num. 8.* Sicut & illam eſſe validam, qvæ ab ad mortem condemnatis celebratur, ut latè tractat *Gamma tract. de ad mortem condemn. qvæſt. 4.* & à decrepitis, *Arniſ. tract. de jure connub. cap. 2. ſect. 4. num. 7.*

XLV. Cæterùm an etiam ad legitimationem per ſubseqvens matrimonium dotalia ſive nuptialia deſiderentur inſtrumenta, vulgò Heyraths-Briefe / non usqve qvaqve expeditum eſt? Negativam defendimus cum *Donell. lib. 2. comm. 21. Weſenbec. ad §. fin.*

*Inſtit. de Nupt. num. 3. Gail. lib. 2. Obſerv.* 141. *num.* 3. *Nov* 117. *cap.* 2. & 3. Id qvod etiam Jus Canonicum *d. cap. Tanta.* ibiqve Dd. *ext. qvi fil. ſunt legit.* & uſus communis egregiè confirmat, *teſte Vult.* 1. *Juriſpr.* 23. *num.* 2.

XLVI. Breviter annoto eſſe & tertium modum legitimandi per Reſcriptum Principis, qvo Princeps filium naturalem ſive ſpurium pro legitimo haberi jubet ac jus legitimorum liberorum ipſi benignitate ſuâ tribuit: Et ita contingit, ut pater naturalis vel filius Principi deſideria ſua exponat libello ſupplice & ab eodem petat, filium ſuum naturalem vel ſe per ſententiam Principis legitimum pronunciari atqve de eodem Reſcriptum legitimationis impetret *Nov.* 74. *cap.* 2. & *Nov.* 89. *cap.* 9. *Gail. lib.* 2. *Obſerv.* 142. *Petr. Frider. Mind. de proceß. Camer. lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 3. & *Menoch. conſ.* 799. *num.* 29. Quem modum legitimandi Juſtin. introduxit in ſubſidium, ſi forſan certis ex cauſis & impedimentis legitimari per ſubſeqvens matrimonium liberi non poſſint, qvando ſcilicet qvis habet liberos naturales & legitimos ſimul, aut non poteſt ducere concubinam in uxorem, vel qvia mortua eſt, vel qvia aliàs impeditur cum eâ contrahere: de qvo latè Juſtin. *in dd. Nov.* 74. *cap.* 2. & 89. *c.* 9. & 10. Si tamen Imperator velit, ut legitimi ſint naturales liberi, licet pater legitimos habeat liberos, legitimatio valebit, *Andr. Gail. lib.* 2. *Obſerv. pract. obſerv.* 142. *num.* 3. 7. & 9. Nec revocatur & irrita fit legitimatio, ſi poſt hanc legitimationem pater uxorem ducat & liberos ex eâ ſuſcipiat legitimos: qvippe legitimatio per ſubſeqvens matrimonium facta, non conſtituitur in irritum, licet poſteà patri naſcantur legitimi liberi *d. Nov.* 74. *in pr.* §. *ſancitum namq;* & *Nov.* 89. *c.* 8.

XLVII. Sed numqvid ut naturales ſic & ſpurii ſivè ex damnato coitu nati Reſcripto Principis efficiantur legitimi? Accurſius qvidem in *dict. Nov.* 89. *cap. ult. in verb. participium* agnoſcit, qvod ad ſpurios beneficium legitimationis per Reſcriptum non pertineat. Scribit tamen ibidem, ſi dicat Princeps in Reſcripto ſuo, qvod jubeat, eos eſſe legitimos, non obſtante aliqvâ lege, valere legitimationem. Idem qvoq; docet *ad l.* 1. *in verb. reſcripti. C. de nat. lib.* & *authen. ex complexu in verb. indigni C. de inceſt.* & *inutil. nupt.*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-636805-p0022-5

*nupt.* Atqve hanc ſententiam confirmare mihi videtur textus *in l.3.ff.de natal.reſtit.l.princeps 31.ff.de* LL. Imprimis verò textus *in l.adopt.38.ff.de Adopt.& l.qvi in provincia 57.ff.de ritu Nupt.* Et huic ſententiæ etiam adhæret *Covarr. part.2.de ſponſal.c.8 §.8 Fachin.3.controv.57 Treutl.vol.1.diſp.2.th.6.lit.g.*

XLVIII. Cæterùm qvia per legitimationem ſpurii non ſolum occaſio præbetur peccandi per freqventiores coitiones illicitas & lex divina planè etiam deteſtatur ſpurios *Deuter. 23.* ſed & Juſtin. Imper. expreſsè cavit *in d.Nov.89.c.ultim.* ne beneficium legitimationis ad ſpurios pertineat, idcircò veriſimile eſt, Imperatorem parcè hoc beneficium in ſpurios conferre, proindeq; non temere ac imprudenter parentes pro legitimandis ſuis ſpuriis Principi offerre preces debebunt, ne fortè cum Fauſtina *in l.accuſationis 10.C.de vi metusvè cauſ.* audire neceſſe habeant à Principe illud: Impium eſt deſiderium tuum; Vel cum Alexandro *in leg.2.C.de jurisdict.* Juris ordinem converti poſtulas; Vel cum Victorino *in l.mortuorum.12.C.de religioſ.* Iampridem vetitum eſt, qvod poſtulas; Vel cum Charedimo *in l.non adverſus 15.C.ſi cert.pet.* Id contra juris formam evidenter poſtulas *Bocer.cap.2.numer.108.de Regal.*

XLIX. Hoc autem jus legitimandi filios naturales ſive ſpurio ſoli Principi Romano, qvem nunc Imperatorem dicimus, competit, non inferioribus per text. *in d Nov.47.c.ultim.ibi: & qvæ à nobis largita ſunt & d.Nov.89.c.9.in princ.ibi: Hoc agat per noſtrum Reſcriptum & §.1.ibi: Imperio preces offerre.* niſi expreſsè eis hæc poteſtas eſt conceſſa, ut ſunt Comites Palatini, qvi hanc poteſtatem ex ſingulari Principis indulgentiâ conceſſam ac permiſſam habent. *Bald.in leg.1.C.de ſerv.& aq.& in leg.2.C.de prec.Imperator.offer.*

L. Hinc non incommodè qværitur: An Rex vel Galliæ, vel Hiſpaniæ vel Angliæ vel Daniæ aut ſimiles hanc legitimandi poteſtatem habeant? Et ſanè ſi res ad rationem juris noſtri exigeretur & Romanum Imperatorem hi vel alii Reges agnoſcerent Dominum & ſuperiorem totius mundi *l.deprecatio 9.ff.ad.l.Rhod.de jact.* non abſurdè dubitari poſſet. Hæc poteſtas principi propria

 eſt

eſt *d. auth. qvib. mod. nat. effic. ſui.* Nunc qvia hodiè vĕtĕris Reipublicæ Romanæ ſplendor & potentia non parum coincidit, & multæ provinciæ in propria regna redactæ ſunt, nullum dubium eſt, qvin omnes Reges ac poteſtates Superiorem non agnoſcentes hoc jus legitimandi in ſuos ac proprios ſubditos non alienos habeant, eôqve exemplô Imperatoris uti poſſint. Vide *Förſt. hâc de re latè diſſerentem lib. 6. c. 34. n. 30. & ſeqq.*

LI. Ita nec alios Principem legitimare poſſe judico qvàm qvi Romano Imperio ſunt ſubjecti, ſiqvidem Leges Romanæ ad eos tantum ſpectant populos, qvos Romanum Imperium regit, & Imperatori Romanorum ſuppoſiti ſunt, ut colligitur *ex l. 1. C. de ſumm. Trinit. & fid. Cathol. & l. 1. pr. de jur. vet. enucl. Covarr. p. 2. c. 8. §. 8. n. 14. Fachin. 3. controv. 48. Treutl. vol. 1. diſp. 2. theſ. 2. lit. g. in fin.* Qvod ſi tamen Imperator Romanus legitimet naturales liberos alienæ ditioni ſuppoſitos ex conſenſu Domini illius ditionis tacitô vel expreſſô, tunc valet ea legitimatio. *Tyber. Decian. Conſ. 90. num. 21. & Coſtal. ad l. 2. in fin. ff. de offic. proconſ.*

LII. At qvid de Papâ ſeu Pontifice Romano, qvi vi qvoq; donationis Conſtantini jus legitimandi naturales ſibi aſſumit & arrogat, cùm tamen magis ſolarum animarum curam gerere qvàm de rebus temporalibus ſolicitus eſſe debeat *c. novit. extr. de judic.* Sunt qvidam ex Dd qvi planè id negant, ſi Papa ſimpliciter ad jus ſuccedendi legitimare velit, qvos ſeqvitur *Treutl. vol. 1. diſp. 2. th. 7. lit. e.* & qvidem rectè id negant, ſi qvid contra Pontificiam authoritatem ipſa veritas valet; cum in ſecularibus cauſis Pontifex nullam habeat poteſtatem, non modo jure divino, *Matth. 20. verſ. 25. & ſeq. Marc. 10. verſ. 42. & ſeq. Luc. 22. verſ. 24. & ſeqq.* Sed & Cæſareo jure *Nov. 6. in pr. & Nov. 9. in princ.* Et qvia Chriſti militem ſe profitetur Papa, ſecularibus negotiis implicare ſe non deberet ſecundum præceptum Apoſtoli *2. ad Timoth. c. 2. verſ. 4.* & Sanctionem Canonicam *in can. cum ad verum. in fin. diſtinct. 96.* Ubi ipſe Papa Romanus Nicolaus fatetur, qvod in negotiis temporalibus Pontifices Imperialibus ſe legibus ſubjicere debeant. Qvia tamen eò res multis in locis devenit, ut non tàm qvid poſſit Pontifex in ſecularibus negotiis, qvàm qvid ſibi in his jamdudum de facto arrogārit,

rogârit, diſpiciendum ſit, an ullâ Sanctione Canonicâ hanc poteſtatem legitimandi ſcilicet liberos naturales, ut in propriis territoriis ſic & in ditionibus alienis etiam qvoad jus ſuccedendi ſibi vendicet, nec ne? videndum omninò reor. Et certè expreſſum hoc jus ſibi ſumit *in c. per venerabilem* 13. *extr. Qvi fil. ſunt leg.* §. Ubi legitimationis beneficium confert Pontifex Romanus in filios cujusdam viri nobilis, qvi erat ſub regno Galliæ, & confert illud non ad ſpiritualia, ſed ad hereditates conſeqvendas, à qvibus propter natalium objectionem aliàs repellebantur. *Förſt. lib. 6. de ſucceſs. c. 34. n. 18. & ſeqq.*

LIII. Fit vero legitimatio vel immediatè ab ipſo Principe, vel mediatè per alios, qvibus hanc legitimandi poteſtatem Princeps tribuit *c. ſuper qvibusdam. §. præterea extr. de verb. ſignif.* qvos vulgò Comites Palatinos vocamus. De qvorum poteſtate eleganter diſſerit *Förſt. lib. 6. c. 35. & Ant. Gabr. Roman. libr. 6. comm. concl. tit. de legit. concl. 5.* Eandem tamen poteſtatem aliis demandare prorſus neqveunt, *Treutl. vol 1. diſp. 2. theſ. 6. lit. g.* nec proprios ſpurios & naturales à ſe ipſis procreatos legitimare defendit *Gail. lib. 2. Obſ. 142.* cui adſtipulatur *Treutl. d. theſ. 6.* ſed huic ſententiæ inhærere non auſim *per l. 3. & l. 4. ff. de adopt.* facit etiam textus *in cap. per venerabilem* 13. ubi Cujac. in fin. *extr. qvi fil. ſunt legit.*

LIV. Atqve hæc legitimatio per comitem Palatinum facta ſecundum tenorem privilegii easdem habet vires ac legitimatio ab ipſomet Principe facta, & taliter legitimatus æqvè cenſetur legitimus, ac is qvi ab ipſomet Imperatore legitimitatis jura conſecutus eſt, *Gloſs. in l. 1. ff. de Tutor. Matth. Steph. de Jurisdict. lib. 2. part. 1. c. 6. n. 29.* Tota enim legitimandi poteſtas in Comite Palatino ex Imperatoris privilegio & autoritate dependet *c. porrò 7. extr. de privileg. Alex. vol. 1. conſ. 67.* & qvæ autoritate Principis fiunt, ab ipſo Principe facta videntur *l. 1. mandatum. junct. l. etſi præter 3. ff. de offic. ejus cui mand. eſt jurisd.* Qvod ſi ergo per Reſcriptum Imperatoris legitimatus ad conſortium civium admittitur, ut mox dicetur, qvin & per Comitem Palatinum legitimatus hoc civium conſortio dignus judicari debeat, ambigendum prorſus non eſt, ex

identi-

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-636805-p0025-2

identitate rationis, qvæ idem jus facit *l, illud* ʒ *2. ff. ad L. Aqvil. c. inter corporalia 2. extr de translat.* Et ita reſpondiſſe Dnn. Scabin. Lipſiens. in cauſa *W.* à *L.* ad reqviſitionem Johann Fuchſens zu Leipzig/ teſtis eſt Magnif. Dn. Carpz. Conſtit. 6. part. 2. def. 16. verba ſunt: Iſt einer/ von welchem in der Frage meldet/ von zweyen ledigen Perſonen auſſer der Ehe gezeuget/ nachmals aber von weyland D. Nicolao Reuſnero Comite Palatino, Krafft habender Käyſerl. Majeſt Begnadigung/ legitimiret worden/ So iſt er auff ſolche erlangte legitimation das Bürger Recht alhier zu Leipzig zu ſuchen wol befugt/ V.R.W.

LV. Ita legitimati per Reſcriptum Principis, qvæ & dicta velim de legitimato per Comitem Palatinum, non minus jurium civitatis civiumqve conſortii capaces ſunt, ac mediante matrimonio, utraq; legitimatio maculam ex coitu parentum illicito contractam tollit. Etſi enim modus legitimandi per Reſcriptum debilior ſit illo, qvi fit per ſubſeqvens matrimonium, ut patet *ex Nov. 74.* Attamen per utramq; legitimationem perſona generaliter & abſolutè habilitatur, & Natalibus ingenuitatiq; plenè reſtituitur ad omnes gradus, ſucceſſiones & honores, perinde ac ſi qvis ex juſto & legitimo matrimonio natus eſſet. *Matth. Steph. de jurisd. lib. 2. part 1. c. 6. membr. 1. num. 49.* Qvin & legitimati per Reſcriptum habent jus Suitatis & Agnationis, ut idcircò deficientibus liberis legitimè natis non tantum patri ſuccedant, ſed & aliis *d. Nov. 74. c. 1. & Nov. 89. c. 9.* Uſuqve & illud receptum eſt, ut ſuccedant cum liberis poſteà eidem patri natis *Gail. lib. 2. Obſ. 144. n. 5. Treutl. vol. 2. diſp. 16. theſ. 2. lit. f.* ac verè legitimi dicuntur non per fictionem *Roland. à Vall. vol. 3. conſ. 83. num. 12.* nec non liberorum legitimorum nomine comprehenduntur *Hartm. Piſtor. lib. 2. quæſt. 41. num. 30.* Unde & domus ac familiæ arma geſtare & uſurpare poſſunt, ſi Princeps in Reſcripto hoc conceſſerit *d. c. 6. num. 70.* ita ut mirum non ſit ad jura civitatis civiumqve conſortium eos admitti, *Magnif. Dn. Carpz. Conſt. 6. part. 2. def. 16.*

LVI. Imò & ſtatuto fœminas excludente, extantibus maſculis, taliter legitimatos contineri, dubitare non licet. *Jaſon. in l. 30. col 2. verſ. breviter. C. de fideicomm. Albert. Brun. in tr. de ſtatut. fœmi-*

nas

*nis à ſucceſ. excludentibus art. 12. qvæſt. 4. num. 10. Alciat. Reſponſ. 307. n. 2. Covarr. de matrim. part 2. c. 8. §. 8. num. 3. Valent. Förſt. lib. 6. de ſucceſ. cap. 37. num. 34. & alii à Förſt. allegati.*

LVII. Ad ſucceſſionem tamen feudi regulariter eos non admitti certi juris eſt, ut tradunt communiter Feudiſtæ *in c. unic. § naturales. ſi de feud. def. contr. fuer.* etiamſi expreſſè ad feudum ſint legitimati à Principe. Prout in hunc modum Dnn. Scabin. Lipſ. pronunciaſſe refert Magnif. Dn. Carpz. in Sachen Nicolai Röners zu Budiſſin / hiſce verbis: Dieweil ihr berichtet / daß N. N. von welchem eure Frage meldet / nicht aus ehelichem Ehebette gebohren / So iſt er ſich vor euch / wenn er auch gleich von der hohen weltlichen Obrigkeit hierzu legitimiret worden were / weil ſolches euch zu Nachtheil keines weges gereichen können / der ſucceſſion an dem Lehen-Gute anzumaſſen nicht befugt / V. R. W. Niſi conſenſu Domini conſentientibus item agnatis Vaſalli nominatim ad feuda ſint legitimati, idqve Reſcripto legitimationis fuerit expreſſum & cautum, teſte Mynſing. cent. 5. obſ. 42. num. 6. Et hæc pro ratione temporis de legitimatione.

## *Auctuaria ſunto*

### I.

Ex duobus Electorum filiis, qvorum unus ante, alter poſt adeptum Electoratum natus eſt, in ſucceſſione Electorali, primogenitum, licet is ante Electoratum acqviſitum conceptus ſit, ſecundogenito, qvia à patre Electoratum poſſidente genitus, meritò præferimus.

### II.

Communis error non facit jus.

### III.

Virgo ampliùs non eſt, qvæ alicui in Eccleſiâ copulata eſt, etiamſi copula carnalis non intervenerit.

D Ad

Ad præſtantiſſimum Dn. Reſpondentem.

LEgitimo è thalamo genuino Patre creatis
Quî legis fiant arte Nothi ſimiles,
Scitè demonſtras. Sic perge, Aſtræa laborum
Mercedem dudum & digna brabæa parat.

Gratulab. adjecit
Præſes.

DAs Recht behält den Platz/der Warheit müſſen weichen
Unrecht und Unwarheit/ es müſſen gantz verbleichen
Die nur entgegen ſind der Warheit und dem Recht:
Was krum ſetzt man hindan/ man liebet doch was ſchlecht.
Denn Recht regiert zumahl bey Jungen und bey Alten/
Der/ ſo auff hohem Thron/ das Recht muß laſſen walten/
Der/ ſo an Gütern reich/ wie auch der Bauersmann
Seind ausgeſchloſſen nicht/ ſie ſeind ihm unterthan.
Der iſt belobet ſchon/ der ſeine Sinnen lencket
Zu dem was Warheit iſt/ und nicht das Recht verſencket/
Sein Ruhm ſteigt Himmel-an/ er kriegt Aſtrææ Lohn/
Den ſie ihm dort beſtimt als ihrem rechten Sohn.
Drumb fahre tapffer fort in deinem Lob-Beginnen;
Denn es gilt hier gar nicht ſich offt und viel beſinnen/
Fahr fort/ du bleibeſt nun/ mein werther Seelen-Freund/
Der Muſen liebes Kind/ ſo lange Phoebus ſcheint.

Seine Gemüthsneigungen entdecket
hiermit
*Gregorius* Pirner/ *LL. Stud.*

---

1.

SChadius ecce probat, Deus haud quòd deſerat ullũ,
Qui non diffidens deſerit antè Deum.

In

In qvo confiſus, fortunæ ſprevit acerbæ,
Ipſum qvæ nec dùm deſeruêre, flagra.
Præterea varias variorum ſæpè laborum
Intrepidus moles nocte dieqve tulit.
Dans operam Legum Studio ſudavit & alſit,
Nec fruſtrà ſivit diſperiiſſe diem.
Utqve ſuum nomen Themidos deprædicet almæ
Aſtrimici qvondam fama ſub axe poli,
Nunc lætus Cathedram conſcendit & ore diſerto
Legitimo ſimilem diſputat eſſe Nothum.
Legibus hocce probat, producens Lege Peritos,
Ejus ut ingenio themata ſcripta docent.
Jungere qvis porrò ſua vota meis dubitabit,
Qvod veſtis, dicens, ſordida ſæpè tegat,
Notitiam ſummam, qvod pauper & undiqve preſſus
Artibus evadat Vir aliqvando Gravis?
Schadius ecce probat, poſthac qvi major habendus;
Da, Deus, ut ſtatim Schadius hocce probet.

II.

AStræa läſt ſich prächtig ſchauen
Auff ihrem Sieges-Thron/
Weil du/ ihr liebſter Sohn/
Ihr Ebenbild dir ſuchſt zu bauen:
Die andern ſind bemüht zu beyden Seiten/
Den Danck darvor dir willig zu bereiten.
Sie geben ſittſam ihr Bedencken
Auff deiner Wörter Sinn/
Und ſuchen dich dahin
Durch falſcher Gründe Satz zu lencken/
Zu glauben/ was ſie ſelber nicht geſtehen/
Erwehrſt du dich/ ſo laſſen ſie dich gehen.

Weil aber Rechtsgelehrter Leute
Geſetze dir bewuſt/
Iſt dirs nur eine Luſt:
Und alſo ſiehet man dich heute
Getroſt aus beyden Rechten Antwort geben/
Die künfftig dich noch höher ſolln erheben.
Wär ich mit dir nicht umbgegangen/
Und ſagte mir jemand/
Herr Schadens ſein Verſtand
Kan mit viel Wiſſenſchafften prangen;
Ich glaubt es kaum. Denn du bemühſt dich allen
Wer ſie auch ſeyn/ durch Demuth zu gefallen.
Nun aber zeigſt du deine Gaben
Gantz öffentlich / ſo dir
Die Muſen/ deine Zier/
Und Themis ſelbſt verliehen haben.
Fährſtu ſo fort/ ſo wird dein Ruhm bekleiben
Und endlich dich der Nach-Welt einverleiben.

Seinem vielgeliebten Freunde ſchrieb dieſes
auff Begehren in eil
Heinrich Scholtz/ LL. St.

E N D E.

00 A 6343

ULB Halle 3
002 928 566

VD 17

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-636805-p0031-5

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-636805-p0032-0

.83.

a, juva!

TIO PUBLICA

De

MATIONE,

quam

& Autoritate

rii & Ampliſsimi JCtorum Or-

a Academiâ Lipſienſi

PRÆSIDE

IRO

onſultiſsimo ac Prudentiſsimo

PHILIPPI J.U.D.

atis Juridicæ & Curiæ Provin-

raviatu Inferioris Luſatiæ Adſeſ-

Curiæ Supremæ Provincialis, ut & Ec-

o Ordinario, Collegii B. Virginis

t. Polon. Seniore.

omotore ſuo delecto dilect.

1. Decembr.

JCtorum Petrinô

conſvetis

mini ſubjiciet

Schade Martisb.

Reſpondens.

SIÆ,

TZSCHIANIS.

o]